

bus, partim miracula, partim veritas prophetiae; quæ conciliant autoritatem intermissionis loquenti. Hæc autem testimonia à nobis vel *αὐτῷ* vel testimonio omnium exceptione majori cognoscuntur; quæ conciliant notitiam & inexcusabilitatem audienti.

xxix. Patet ^{in scripturis} illud esse dogma certitudinis Catholicæ atque adeò verbum Dei, quicquid in scripturis definitum est. Est autem definitum in scripturis primò quicquid iis *αὐτολεξι* sive ipsis dictiōibus (*ut loquitur Irenaeus lib. 2. cap. 46. & passim*) continetur: Secundò quicquid per consequentiam Catholicam (hoc est à nullo saltem naturaliter sano negatum; propter æquipollentiam evidenter verborum, aut aliam manifestam connexionis vim) ex scripturis deducitur.

xxx. Sic igitur habemus ^{i. ne-} primum gradum revelationis & certitudi ^{i. ne-} nis Catholicæ, qui iis libris de quibus non ^{ria} scimus ab ullo unquam Christiano & pio ^{maxi-} dubitatum esse, competit: & omnibus ^{mèad} quæ in iis scripta ac tradita sunt. Quâ rati- ^{ad nō} one tamen non negamus Epistolam Jacobi, aut ali- ^{negam} bios quosdam libros de quorum autoritate à non nullis piis aliquando dubitatum fuit; aut senten- ^{dum,} cias quasdam controversas, verè divinas esse. Tan- ^{sum} dum gradum notitiae ac certitudinis in his diver-